

6308.

1360 juli 1.

Arboga.

Broder Johan, franciskanernas gardian i Arboga, stadsfogden Lars Ingevastsson samt borgmästare och rådmän i Arboga vidimerar brev, daterat Stockholm 1288 14/8. Håri bortbyter konung Magnus gården Grindberga (i Arboga socken) med kvarnar och ön Tråssö, som brukat tillhöra Vikhus gård (i Rytterne socken), till herr Anund Haraldsson mot 2 markland i "Vældænes" så när som på 1/2 öre(sland) och 3 penning(land), vidare 14 örtugland och 2 1/2 penningland i Rörstrand, 11 1/2 örtugland och 1 penning(land) i Lundby samt 2 örtugland och 5 penning(land) i Valmundsö (nu Södra Djurgården), d.v.s. sammanlagt 3 markland, 2 örtug(land) och 5 penning(land). Detta brev var beseglat av konungen samt av herrarna Bengt, konungens broder, biskop i Linköping och hertig av Finland, biskop Anund i Strängnäs, biskop Bo i Växjö, Bengt (Magnusson), lagman (i Östergötland), Magnus Johansson (Ängel), Karl Gustavsson, Knut Eriksson, Svantepolk (Knutsson), Knut (Matsson), lagman (i Närke), Ulf Holmgersson (Ama), marsken Håkan (Tuneson), Lars Boberg, Nils Sigriddsson (Natt och Dag) och Verner Brunkow.

Brevutfärdarens och Arboga stads sigill har vidfästs vidimationen.

Orig. på perg. (23,4 × 12,0, uppveck 1,8 cm; 20 rader), Dipl. Dan. fasc. I, nr 7, Det Arnamagnæanske Institut, Köpenhamn. — 1288 års brev är endast känt genom avskriften i detta vidimationsbrev. Det är förbigånget i DS II och återges därför in extenso. Styckeindelningen i texten nedan saknar motsvarighet i förlagan.

Tryckt: G. Bolin, Stockholms uppkomst (1933), Bilaga 1 (både 1360 och 1288 års brev), s. 479 f.

Ang. brevets proveniens se diskussion i H. Schück, Rikets brev och register (1976), s. 113 not 18.

Om gardianen se S. Ljung, Arboga stads historia I (1949), s. 284 f.; denne har i samma arbete förbisett detta belägg på borgmästare och råd i Arboga (s. 167 f.).

Vniuersis presentes litteras visuris vel auditoris · frater Iohannes · ordinis · fratrum minorum · gardianus Arbugensis / Laurencius Ingiuastæson prefectus · ceterique proconsules et consules Arbugenses · jn Domino salutem sempiternam · Recognoscimus per presentes · atque in publicam omnium deducimus nocionem · nos anno Dominj M<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup> sexagesimo · prima die mensis Julij · vidisse ac diligenter perspexisse · litteras incliti principis dominj Magnj, Dej gracia · olim Sweorum Gotorumque regis illustris · non rasas · non abolitas, non cancellatas / nec in aliqua suj parte viciatas sub veris · ipsius · aliorumque · reuerendorum patrum · episcoporum · necnon nobilium dominorum militum / licet propter vetustatem aliquantulum corruptis · sigillis · tenorem, quj sequitur de verbo ad verbum expresse continentes ·

Magnus Dej gracia Sweorum · Gotorumque rex omnibus presentes litteras inspecturis salutem et omne bonum · Ne quod rationabiliter actum est · propter hominum labilem memoriam · siue exquisitam maliciam peruersorum · ad contencionem deueniat · vel in dubium reuocetur / presenti scripto recognoscimus et tam ad futurorum quam ad presencium certitudinem et noticiam deuenire volumus / quod curiam Grimbyærghæ cum molendinis · et ceteris eiusdem pertinencijs infra sepes et extra cum insula eciam Thraasø · que curie Vikhusum adiacere consueuerat / domino Anundo Haralzson · et eius heredibus · titulo permutacionis relinquimus et cum omni iure et dominio possidendam perpetuo · vendicamus · recipientes ab ipso in Vældænes<sup>1</sup> · duas marchas terre · dimidia ora minus et tribus denarijs · jtem in Rørixstrand · quatuordecim solidos terre cum duobus denarijs et dimidio, jtem in Lunby vndecim solidos terre cum dimidio et vno denario, jtem in Valmunzø · duos solidos terre cum quinque denarijs · quorum summa est tres marche · terre et duo solidj cum quinque denarijs · que nobis et nostris heredibus iure perpetuo pertinebunt · Ne igitur hec permutacio tam iuste et legaliter facta · impugnetur faciliter vel, vt supradictum est · conatu malignantis alicuius infringatur · presentibus litteris · sigillum nostrum vna cum sigillis reuerendorum dominorum, videlicet dilectissimj fratris nostri · *Benedicti*, episcopi Lincopensis · ducis Finlandie · *Anundi*, episcopi Strengenensis · / *Boecij*, episcopi Vexionensis · / *Benedicti* legiferj · Magnj Jonson · / Karuli Gøstafson ·

Kanuti Erexson / Suantepolchi, Kanuti legiferj / Vlphonis Hulmgerrson · / Haquinj, marscalkj nostri · / Laurencij Bobyærg · Nicholai Sighridisson · Veneri Brunke · duximus apponendum · Datum Stocholmis · anno Dominj M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup> · lxxxvii<sup>o</sup> · jn vigilia Assumpcionis beate Virginis ·

Jn quorum testimonium et evidenc[iam]<sup>a</sup> pleniorum · sigillum meum · fratris · *Johannis* · vna cum sigillo ciuitatis *Arbugensis* · presentibus est appensum. Datum *Arbugis* anno ac · die superius · prenotatis.

På baksidan: 1288.

1360. 1. Julij

Sigill av ofärgat vax: nr 1 spetsovalt (jungfru Maria tronande med Jesusbarnet i aedica, därnedanför under spetstak en knäböjande munk; se S. Hallberg m. fl. i *Kyrkohistorisk Årsskrift* 1963, s. 75, fig. 35, och s. 79): S<sup>7</sup> gardiani [Ar]bvghens[is]; nr 2 (fläkt örn, därövanför bokstaven A mellan två stjärnor; se SSM I: 3, nr 771 och Ljung, a.a., s. 41): + \*S\*i\*g\*i[llum] ciuitatis · Arbvge.

<sup>a</sup> *Bokstäverna iam utplånade ms.*

<sup>1</sup> *N. Ahnlund har i sitt arbete Stockholms historia före Gustav Vasa (1953, s. 139) uppfattat "Vældnæs" som en benämning på Bolstomta (nu Karlberg).*

6309.

1360 juli 4.

Skölmatorp.

Magnus Algotsson, kanik i Skara, skänker sin gård "Aggæboo" på Läckö till Skara domkyrkas biskopsbord. Gåvan överlämnas åt biskop Nils i Skara i närvaro av herrarna Karl, dekan i Skara, och Dag, kanik därstädes, samt brevutfärdarens broder, Håkan Algotsson, som även samtycker till den. Såsom ersättning för det prästbol i Sunnerby (i Otterstads socken), som brevutfärdarens avlidne fader Algot Magnusson hade låtit förstöra och bränna antingen genom direkt befallning eller genom att förhålla sig passiv, skänker han ett torp i Sunnerby, som en viss Anund Skev för tillfället bebor, till kyrkan i Senäte (nu i Otterstads socken).

Brevutfärdaren beseglar tillsammans med sin svåger, herr Magnus Sture, och sin broder, Håkan Algotsson.

Orig. [A] på perg. (29,2 × 12,0, uppveck 1,7 cm; 14 rader), Sv. Riksarkivet (RPB nr 461).

Avskrift [B] under rubriken "super Aggebo et Sunderby" i *Liber eccl. Scarensis*, hs A 16 (förr A 47), fol. 23 v – 24 r, Sv. Riksarkivet.

Ang. riddaren Algot Magnusson och dennes söner Magnus och Håkan se ÄSF I: 1: *Algotssönernas ätt*, s. 3 f.

För dateringsorten Skölmatorp i Hovby socken se Ortnamnen i Skaraborgs län VI (1966), s. 16 och för övriga i brevet förekommande ortnamn se a.a. VIII (1963), s. 40, 41 f. och 44.

Omnibus presens scriptum cernentibus Magnus Alguzson canonicus Scarensis salutem in Domino sempiternam / <sup>1</sup>Quoniam, vt ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Dei recepturi quidquid in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme · misericordie operibus preuenire, ac eternorum intuitu seminare debeamus<sup>a</sup> in terris quod reddente Domino cum multiplicato<sup>b</sup> fructu recolligere debeamus in celis.<sup>-1</sup> Jdcirco pia ductus intencione curiam meam in Lekkyu<sup>c</sup> dictam Aggæboo<sup>d</sup> cum omnibus eiusdem<sup>e</sup> adiacenciis infra sepes et extra, prope uel remote positis, quibuscumque nominibus censeantur, ecclesie beate Virginis Scarensi ad mensam tamen episcopi confero et ad manus venerabilis patris, domini Nicholai<sup>f</sup>, nunc episcopi Scarensis / presentibus dominis Karolo<sup>g</sup> decano et<sup>h</sup> Daghero<sup>i</sup> canonico Scarensibus · et presente eciam et consenciente Haquino